

## TABULÆ CHRONOLOGIÆ SACRÆ.

Anni Periodi Julian.	Anni ab orbe cond.	Anni Olymp.	Anni urbis conditæ.		Anni æra vulg.	Anni veri Chr.	Anni cor-rect.	Anni Iul.	Anni imp. Tib.
* 4736	4026	III.	776	COSS. C. Asinius Pollio. Et C. Antistius Vetus.	23	27	68	9	10
4. 5. C.				Valerius Gratus adempto Anano, sive Anna, summo sacerdotio, Ismaelem Fabi filium iuris, esse pontificem, quem & ipsum paulo post deiecit, Ioseph. lib. 18. cap. 3.					
5. 6. B. A.	4027	IV.	777	COSS. Sex. Cornelius Cethegus. Et L. Vitellius Varro.	24	28	69	10	11
				Ismaeli amoto, Eleazarus, Anani sive Annæ filius, ab eodem Valerio Pontifex substitutus, idem ibid.					
6. 7. G.	4028	Olymp.	201	COSS. Cn. Lentulus Iſauricus. Et M. Asinius Agrippa.	25	29	70	11	12
				Eleazarus post annum amoto Simoni Camithi filio Pontificatum tribuit idem Valerius, Ioseph.					
7. 8. F.	4029	II.	779	COSS. Cn. Cornel. Lentulus Getulicus. Et C. Calvius Sabinus.	26	30	71	12	13
				Cumque Simon in Pontificatu annum exigesset, successorem illi Gratus dedit Iosephum, cognomento Caipham, sive Caipham Annæ generum. Quibus annuis Pontificum mutationibus ita factis, Gratum exadis in Iudea annis undecim, Romam repperisse subdit Iosephus, lib. 18. cap. 3.					
				Tiberius in Campaniam est profectus, neque Romam amplius reversus, Tacit. Annal. 4.					
				Grato in Iudeam successor venit PONTIUS PILATUS, qui provinciae præfuit 10. ann. Ioseph. Cuius inter criminis Philo (de legatione ad Caïum) refert, venditas sententias; rapinas; iniurias; clades; tormenta; crebras cædes indemnatorum; crudelitatem sævisimam, &c.					
8. 9. E.	4030	III.	780	COSS. M. Licinius Crassus. Et L. Calpurnius Piso.	27	31	72	13	14
				Cum Fidenis Attilius quidam, amphitheatre minus solidè substructo, ludos ederet, subita ruinâ 50. millia hominum, qua debilitata, quâ obrita sunt. Subinde Roma vehemens incendium, cui Tiberij liberalitas subvenit, Tacit. Annal. 4.					
				Iubileus XXX. omnium ultimus, quem proxime sequitur prædictio Ioannis, cunctos ad penitentiam invitans, ut pararet Domino plebem perfectam, Luc. 1. v. 17.					
9. 10. D. C.	4031	IV.	781	COSS. Appius Iulius Silanus. Et Silius Nerva.	28	32	73	14	15
				Hoc anno 15. Imperij Tiberij Cæsar, à morte Augusti numerato,cepit IOANNES baptizare & penitentiam prædicare, Luc. 3. v. 3. & 8. Idque circa Octobris 19. factum esse probabile est.					
10. 11. B.	4032	Olymp.	202	COSS. C. Rubellius GEMINUS. Et C. Fusius GEMINUS.	29	33	74	15	16
				Hoc anno vulgo putatur baptizatus CHRISTUS; immo & eodem à pluribus Patribus ponitur mortuus.					
				Livia Tiberij mater, anno ætatis 86. obiit, iamdudum invisa Tiberio, Tacit.					
11. 12. A.	4033	II.	783	COSS. M. Vinitius Quartinus. Et C. Caſius Longinus.	30	34	75	16	17
				Cum iam annum & aliquot menses prædicasset Ioannes, & impletæ cursum suum, (Act. 13. v. 25.) Cumque ab eo iam baptizaret omnis populus, (Luc. 3. v. 21.) Tum, hoc anno, CHRISTUM à Nazareth ad eum venisse credimus, & ab eo baptizatum esse, ut est Luc. 3. v. 21. Matth. 3. v. 13. & Marc. 1. v. 9. Idque die sexta Ianuarij, ut constans tenet Traditione.					
12. 13. G.	4034	III.	784	COSS. C. Tiberius Nero Cæsar Aug. IV. sive V. Et Aelius Sejanus.	31	35	76	17	18
				Sejanus cum ad summam potentiam Tiberij favore pervenisset illius ad Senatum litteris accusatus, occiditur, Dio. lib. 58.					

## TABULÆ CHRONOLOGIÆ SACRÆ.

Anni Periodi Julian.	Anni ab orbe condito.	Anni Olymp.	Anni urbis conditæ.		Anni æra vulg.	Anni veri Chr.	Anni cor-rect.	Anni Iul.	Anni imp. Tib.
* 4745	4035	IV.	785	SECUNDUM PASCHA ministerij Christi, Ioan. 5. v. 1. Collato cum Ioan. 4. v. 45. A quo secundus annus septuagesima hebdomadis Danielis incipit.	32	36	77	18	19
13. 14. F. E.				COSS. C. Domitius Abenobardus. Et A. Vitellius.					
				TERTIUM PASCHA ministerij Christi, Ioan. 6. v. 4. A quo tertius annus septuagesima hebdomadis Danielis incipit.					
				COSS. Serv. Sulpitius Galba. Et L. Cornelius Sulla.	33	37	78	19	
				QUARTUM, & ultimum Christi PASCHA, in quo ipse immolatus est, inente anno quarto, sive MEDIO postremæ septimanæ Danielis, Dan. 9. v. 27. Idque feria 6. die 3. Aprilis, ita ut die Dominicæ ciudem mensis die 5. resurrexerit.					

## HISTORIA CHRISTIANORUM

¶ Iudeorum ab Ascensione Domini ad Bellum Iudaicum.

## RES CHRISTIANORUM.

Anni  
æra  
vulg.

DIE 14. Maij, CHRISTUS ascendit in Cælum, Act. 1. v. 9. & 10. Apostoli Ierosolymis congregati MATHIAM eligunt, Ibid. v. 26.

Die PENTECOSTES 24. Maij Spiritus sanctus descendit super Discipulos, Act. 2. v. 2. & 4.

Septem Diaconi eliguntur, Act. 6. v. 5.

STEPHANUS lapidatur, Act. 7. v. 57.

SAULUS spirans minarum furit in discipulos, Act. 9. v. 1.

PHILIPPUS post Stephanum secundus, in Samaria Simonem Magum baptizat, Act. 8. v. 13. Ad Samaritanos mittuntur Petrus & Paulus, qui manus illis imponerent, Ibid. v. 14. & 17. Phillipus vero monitu Angeli versu Gazam profectus, EUANCHUM baptizat, Ibid. v. 38. primum ex gentibus, & totius orbis fidelium primitias factum. Euseb.

SAULUS pergens Damascum contra discipulos Domini ad fidem convertitur, Act. 9. v. 4.

Fuit autem Damasci tribus diebus non videns neque manducans, Ibid. v. 9. Mox per Aniam vilum recipit & baptizatur, Act. 9. v. 18.

Indeque in Arabiam desertam fecedit. Ac postea Damascum redit, ubi in Synagoga prædicat, & confundit Iudeos, Galat. 1. v. 17. cum Act. 9. v. 22.

TIBERIUS de rebus Christi certior factus, de eo in

numerum Deorum adscribendo referit ad Senatum,

Tertull. atque Euseb.

SAULUS post annos 3. à conversione sua, venit Hierosolymam visere Petrum, Galat. 1. v. 18. Ibi cum tentaret se iungere discipulis, timebant eum, non credentes ipsum esse discipulum (quippe qui maiorem huius trienni partem in desertis Arabia deliteruerat) sed Barnabas ducit eum ad Apollos, Petrum videlicet & Iacobum, Act. 9. v. 27. cum Galat. 1. v. 18. & 19.

Hierosolymis discepit eum Hellenistis Paulus, qui eum conantur interficere, Act. 9. v. 29. Inde abiit.

## RES IUDÆORUM.

Anni  
imper.  
TIBER.

PHILIPPUS TETRARCHA, Herodis Magni filius moritur, Hunc vero non esse illum cuius Antipas Herodiam uxorem rapuit, vel ex eo pater, quid SALOME saltatrix illa Herodiadisque filia, huic Phillipo nupissime dicit Iosephus, cuius proinde filia non erat. Adeo quod hic Philippus sine liberis mortuus est, Ioseph. 1. Belli 8. & Antiq. lib. 18. cap. 6. & 7.

Quare duo Phillipi Herodis Magni filii existerint necesse est, illeque Phillipus de quo Evangelista, binominis fuerit, dictus nempe Herodes Phillipus, sicut, Antipas, Herodes quoque sapienter nominatus est.

Vitellius Syria Præfes, Marellum procuratorem Iudeæ mittit, & per eundem Pilatum à Iudeis accusatum Romanum ire iubet, Caiphamicque in ordinem redigit, Ioseph.

AGRIPPA Arisobuli filius, Herodis Magni nepos, frater Herodiadis, egestate compulsi, Romanum pettit, ubi à Cæsare Tiberio primum male habitus, deinde in amicitiam receptus, tum quod in C. Caligulam propensior esset, in carcere coniectus, Ioseph.

Cn. Acronio Proculo, & C. Pontio Nigino Coss.

OBIT TIBERIUS, 7. Cal. April. Suet. cum post Augusti secessum regnasset ann. 22. mens. 7. & dies 7. Dio.

Et succedit CALIGULA Germanici filius, qui statim Agrippam solvit, & ei principatum Avi reddidit, Ioseph.

CALI-GULE.

I

Yyyyy 3 Agrip-

## RES CHRISTIANORUM

Annī æra vulg.	RES CHRISTIANORUM	RES IUDÆORUM.	Annī imper. CALI- GULÆ.
1. v. 22.	abit Tharsum, <i>Ibid.</i> v. 30. venitque in regiones Syriæ & Ciliciæ, hactenus ignotus Ecclesiæ, <i>Galat.</i> 1. v. 22.		
38	Ecclesiæ autem habentes pacem multiplicabantur, <i>Aetor.</i> 9. v. 31. <i>Act.</i> 10. v. 32. Tuncque ANTIOCHIAM venisse, & ibi sedem collocasse videtur.		
38	Liddæ Æneam sanavit, (v. 34.) Ioppe Tabitham suscitavit, (v. 40.) multoq[ue] dies apud Simonem Coriarium mansit, (v. 43.)	Agrippa regnum petens, Alexandriam devenit, ubi Alexandrinum eum traducunt, <i>Philo.</i> Eodem modo Regi Iudeorum illudentes, quo vero suo Domino IESU CHRISTO, ante quinquennium illuerant Iudei.	2
39	CORNELIUS CENTURIO à Petro convertitur, <i>Act.</i> 10. v. 25. &c. 48.	HERODIAS fratrem Agrippam regiā dignitate fulgentem videns, Antipæ viro suo suadet ut Romanum contendenter. Sed ab Agrippa per litteras accusati, in exilium, Lugdunum Galliæ relegantur, <i>Ioseph.</i>	3
40	Discipuli à persecutione facta sub Stephano, dispersi, veniunt Antiochiam, ubi etiam mititur Barnabas ab Ecclesiæ que erat Ierusalem, <i>Aetor.</i> 11. v. 19.	PILATUS quoque, tantis, irrogante Caio, angoribus coarctatus est, ut propriâ se manu interficerit, <i>Hieron.</i> <i>Euseb.</i>	4
41	Profectus est Tarsum BARNABAS ut quæreret SAULUM quém duxit Antiochiam; ibique discipuli primum dicti sunt CHRISTIANI, <i>Aetor.</i> 11. v. 25. &c. 26.	PETRONIUS, mandato Imperatoris statuam eius in Templo inferre parat, sed Iudeorum clamore ac fletu motus rem distulit. Cæsar verò mortem Petronio minatus est: At paulò post à Chærea ipse est interfectus, sicut Petronius servatus, <i>Ioseph.</i> Nonn. Calend. Febr. ipsam cædem factam memorat Sueton. cum ipse imperasset triennio, & decem mens.	CLAU- DIJ. I
42	Ingruente fame ab Agabo prædicta (quam Claudi anno 2. contigile patet ex Dione) Antiocheni, fratribus Iudeis subfidiū mictunt per Barnabam & Saulum, <i>Act.</i> 11. v. 28. &c.	In eius locum patrius ipsius CLAUDIUS Cæsar, Drusi filius, à militibus est Imperator declaratus, <i>Dio.</i>	2
42	Interim Petrus è carcere liberatus abiit in alium locum, <i>Act.</i> 12. v. 17. Unde cominodè conjicitur eum Occidentem petuisse, ROMAMQUE pervenisse, ac sedem ibi suam collocasse circa initium anni sequentis.	Ab Agrippa etiam adiutus, unde eum Claudius in regno confirmavit, additâ etiam Iudeâ, Samariâ, Abilenâ, & Lisanie ditione, <i>Ioseph.</i>	
43	Cum Antiochiam regresci essent Saulus & Barnabas, iulsiit eos Spiritus sanctus segregari in ministerium prædicandi, <i>Act.</i> 13. v. 2.	AGRIPPA ad demerendos Iudeos, IACOBUM fratrem Ioannis occidit gladio, PETRUM verò in carcere deiecit diebus Azymorum, unde ab Angelo est liberatus. Cumque non invenisset eum Agrippa, custodes duci iulsiit ad supplicium, <i>Act.</i> 12. v. 1. &c.	3
43	SERGIUS PAULUS ad fidem convertitur, indeque Saulus, novo PAULI nomine semper est appellatus, <i>Ibid.</i> v. 9. &c.	Iconii, facto impetu in Paulum & Barnabam, ipsi Lystram profugerunt; ubi claudum ab utero matris cum Saulus sanasset, ei ut Mercurio, & Barnabæ ut Iovi plebs sacrificare voluit. Mox excitato tumultu, paulum lapidatum extra urbem traxerunt quasi mortuum, <i>Act.</i> 14. v. 6. &c.	
44	HOC ANNO, & hoc etiam fortasse tempore RAPTUUS EST PAULUS in Calum: ante annos scilicet 14. quam posteriorem ad Corinthios epistolam scripsit, <i>2. Corin.</i> 12. v. 2.	HOC ANNO, & hoc etiam fortasse tempore RAPTUUS EST PAULUS in Calum: ante annos scilicet 14. quam posteriorem ad Corinthios epistolam scripsit, <i>2. Corin.</i> 12. v. 2.	
44	Lystra Derben profecti, multis Christo lucrificerunt, <i>Act.</i> 14. v. 19.	Agrippa cum iam tertium regni Iudeæ annum impletus, Cæsaream venit, ubi cum pro tribunali concessionaret ad populum, perculit illum Angelus Domini, <i>Act.</i> 12. v. 19. &c. Sicque vitam finit, annum agens regni 7. quorum ferè 4. sub Caio in Galilæa regnavit, reliquos sub Claudio cum rex totius Iudeæ fuit, <i>Ioseph.</i>	4
44	Inter hos TIMOTHEUM cum marie Eunice & avia Loide, <i>2. Tim.</i> 1. v. 5. & cap. 5. v. 11.		
44	Derben non prætergressi Antiochiani Pisidiæ redierunt, descenderuntque Attaliam, & illinc navigaverunt Antiochiam Syriæ; ubi, congregata Ecclesia, retulerunt quanta per eos fecisset Deus, <i>Aetor.</i> 14. v. 25. &c. 26.	Eius filius AGRIPPA JUNIOR, annum agens 17. Romæ fuit educabatur, quem cum vellet Claudius paterni regni successorem remittere, dissuaderebat libertis, præsidem misit CLAUD. CUSP. FADUM, <i>Ioseph.</i>	

Paul

Clau-

## RES CHRISTIANORUM.

## RES IUDÆORUM.

Annī æra vulg.	RES CHRISTIANORUM.	RES IUDÆORUM.	Annī imperi. CLAUD.
45	Paulus & Barnabas Antiochiae non parum temporis commorati sunt, <i>Ibid.</i> v. 27. Post quod, Paulus, Christi Evangelium usque ad Illyricum propagavisse videtur, iis qui de Christo nihil audierunt, <i>Rom.</i> 15. v. 19. &c. 21. eaque perpessus qua 2. ad Corinth. 11. v. 23. &c. ipse commemorat.	Claudius Fado rescriptis ut Iudeis permitteret stola Pontificiæ custodiā, <i>Ioseph.</i>	
46		Eodem etiam tempore HERODES REX CHALCIDIS impetravit potestim in tempium, iusque eligendi summi Pontificis. ET ELENA ADIA-BENORUM REGINA (in Assyria & Mesopotamia confinis) ad Dei cultum conversa est, <i>Ioseph.</i>	
48		Fado in Iudeæ procuratio successit TIBERIUS ALEXANDER, Alexandri Alabarchæ filius, <i>Ioseph.</i>	6
49	Quidam de secta Phariseorum Antiochiam venientes, Christianos ex Gentibus circumcidere oportere dicebant, quibus Paulus & Barnabas acriter se oppugnauerunt, <i>Aetor.</i> 15. v. 1. 2. &c. 5.	Tib. Alexandre successit VENTIDIUS CUMANUS, & Herodes Rex Chalcidis, magni Agrippæ frater virâ decessit, <i>Ioseph.</i>	8
50	Paulus annis 14. post primam profectionem Hierosolymitanam, aucti rursus Hierosolymam, cum Barnaba, TITO, (quem ad circumcisionem cognoluit) & aliis: ut Apostolorum de una oborta controversia sententiam exquirerent, <i>Aetor.</i> 15. v. 6. &c. 7. cum Gal. 2. v. 2.	Iturei & Iudei, defunctis regibus Sohemo & Agrippâ, provinciæ Syriæ additi sunt, <i>Tacit.</i> & Regnum Chalcidis Agrippæ iuniori concessum, indeque anni eius à Iosepho numerati. Iudeæ verò regnum, ita Syriæ additum est, ut proprios procuratores acciperet: Ventidio Cumanus Iudeæ Galilæaque administrationem retinebat: in interiectam autem inter utramque Samarianam, misso Procuratore FELICE. Qui intempestivis remediis delicta accedebat, æmulo ad deterrima Cumanus, <i>Tacit.</i> <i>Ioseph.</i>	9
51	CONCILIO HIEROSOLYMIS HABITO, Synodica ad Antiochenos Epistola mittitur, <i>Act.</i> 15. v. 23. Antiochiam cum venisset Petrus, eius simulationem non ferens Paulus, eum coram omnibus redarguit, Gal. 2. v. 11.	Neroni virilis toga data & Proconsulare extra urbem imperium. Bellum inter Armenos & Iberos conflatum. Parthi Armenianam invadunt. Rhadamitus inde pellitur, <i>Tacit.</i> <i>Annal.</i> 12.	11
	Dissensio facta est inter Paulum & Barnabam, occasione Marci, quo assumpto Barnabas Cyprum navigat, Paulus verò allecio Sylâ, peragrat Syriam, Ciliciam, veniente Lystram, ubi TIMOTHEUM habi assunit, prius curans eum circumcidit, <i>Act.</i> 15. v. 39. &c. 41. &c. 16. v. 1.	Phrygiâ deinde peragrata, veniunt Troadem, ubi Lucas se Paulo adiunxit, videtur, quippe qui hinc in prima persona semper loquatur, <i>Strain.</i> , inquit, quæstivimus proficii in Macedonia, &c. <i>Aetor.</i> 16. v. 10.	
	Philippus, Lydiam purpurariam ad fidem convertit Paulus, <i>Act.</i> 16. v. 14.	Philippus, Lydiam purpurariam ad fidem convertit Paulus, <i>Act.</i> 16. v. 14.	
	Paulus & Silas virginis casu in carceremque detruiti sunt, ubi orantibus illis mediâ nocte, magno terræ motu facto fortes carceris aperæ sunt. Iubentibus verò Prætoribus ut liberi dimitterentur, de iniuria sibi illata, quod cives Romani essent, expostulant, <i>Act.</i> 16. v. 23. &c.		
	Paulus Athenis Silam & Timotheum expectans de Christo & IGNOTO DEO discepit, Dionysiumque Areopagitam ad fidem convertit, <i>Aetor.</i> 17. v. 23. &c. 34.	Paulus cùm semel & iterum Thessalonicanam voluisse proficii, à satana est præpeditus, ideoque Timotheum eo misit, qui in side eos confirmaret, <i>Act.</i> 18. v. 6. &c. 1. <i>Theffal.</i> 2. v. 16. &c. 3. v. 2.	12
		Interim ipse venit Corinthum, ubi Iudeum AQUILAM & PRISCILLAM eius uxorem invenit, apud quos manens operabatur, & disferebat Sabbathi in Synagoga. Cumque Dominus Paulum confortasset, iusseretque nihil timere, sed loquere, illuc annum & 6. menses commoratus est, <i>Act.</i> 18. v. 2. 9. 18. & 23. Unà cum Silvano & Sila & Timotheo, <i>2. Corin.</i> 1. v. 19.	
		Post redditum Timothei è Macedonia, Paulus PRIOREM AD THESSALONICENSES scriptis epistolam, <i>1. Theffal.</i> 3. v. 2. Datâ etiam paulò post ad eosdem SECUNDAM, ubi clarius, quæ de die iudicij erat locutus, explicat, <i>2. Theffal.</i> 2. v. 2. &c.	
		Cum GALLIO (L. Senecæ Philosophi frater) Proconsul esset Achæa, Iudei Corinthii Paulum ad illius tri-	13
		Cum Agrippa iunior per quadriennium præfuisse Chalcidi, Claudius cum in maius regnum trans-	
		Yyyyy 4	